Eiusdem — Cessio.

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Branscensibus personaliter Comparens Nobilis Paulus olim Alberti Kramkowsky sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognouit. Quia Nobili Alberto filio Generosi Alberti Kramkowsky Rotmagistri Sacrae Regiae Maiestatis de omni et integro iure suo seu inscriptione certa sibi recognoscenti per nobilem Albertum olim Ambrosij Kramkowsky coram actis Terrestribus Tykocinensibus feria sexta post festum Sancti Martini Pontificis in anno millesimo sexcentesimo quadragesimo in summa centum et viginti florenorum polonicalium super bona Kramkowska modo obligatorio factae cum omnimoda potestate eiusmodi inscriptionis suae ac parata in eius intromissione possessione tuitione, euictione, et ligamentis in originali inscriptione contentis accepta satisfactione cedit et condescendit. Omneque et integrum ius suum sibi ad se intra seruiens in personam eius et successorum ipsius plenarie transfert et transfundit. In intromissione mittit ex nunc realem cum pacifica possessione per nobilem et alios duos ex officio accipiandam dando et admittendo.

Kramkowsky Rotmagistri SRM. — Debitum.

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Branscensibus personaliter Comparens Generosus Paulus olim Nicolai Sakht Kulesza de Kulesze Kosowska his sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognouit. Quia Generoso Alberto olim Ambrosij Kramkowsky Rotmagistro Sacrae Regiae Maiestatis sororino suo et eius legitimis successoribus tenetur esse debitus certi veri et liquidi debiti mutuatae pecuniae summam ducentorum florenorum polonicalium quemlibet florenum per triginta grossos computando et numerando. Quamquidem summam idem ipse recognoscens submisit se ac de bonis omnibus cum successoribus suis rescribit. Eidem Generoso Alberto Kramkowsky Creditori suo siue eius successoribus hinc ad primam requisitionem suae parata pecunia soluere reddere realiter et effectiue restituere. Sub vadio similiter ducentorum florenorum polonicalium in defectu non restitutionis ad soluendum irremissibiliter succumbendo. Pro quo quidem vadio exinde succumbito ac summa essentiali memoratus recognoscens suis cum successoribus ad instantiam supra scripti Generosi Kramkowsky Creditoris sui siue eius posteriorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Branscense in primo citationis termino tanquam peremptorio, peremptorie stare parere respondere pro vadio succumbito ac summa essentiali cum litis omnibus ab officio non recedendo satisfacere, omneque iudicatum pati tenebitur eiusque successores tenebuntur. Eundem terminum primum peremptorium et alios omnes causas eiusdem terminos ~~sexer~~ peremptorios vera vel simplici infirmitatibus actione pro maiori minore aetate succomb., tarda extraditione mala positione, in ordinata scriptione citationis ac ignorantia processus bellicum aliam obtenti non subterfugiendo, imo etiam exceptionibus allegationibus exceptionibus simplicibus et iuratoriis dilationibus quibusuis motionibus appellationibus ac earum prosequutionibus eadem euadere volendo, cum et alijs cunctis in vniuersum iuris remedijs et defensionibus legalibus qui impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores obstaret renunciando sub remissione sui et suorum successorum sui integris causis. Personaliter hic recognouit ad id accedendo.